

90. *Nugatur Andreas Fabritius, Prototypon Confessionis nostræ nullam prorsus habuisse adjectam ἀντίθεσιν: sed eam demùm* Harm. pag 292.

*Vitebergæ in exemplari octavæ formæ, anno 1531. à Georgio Rhau impresso, fuisse appositam.*

91. *Mendacium hoc esse, nihil quicquam dubitamus. præsertim cum prostent tabulæ publicæ & rescripta Electorum ac principum, quibus sanctè testatum fecerunt, Exemplar Confessionis Augustanæ, quod Formulæ Concordiæ est insertum, cum Prototypo, quod in Archivis Imperij hodieque asservatur, undiquaque ex asse respondere: Habet autem illud ἀντίθεσιν istam omninò adjectam & expressam. Vide præfat. Form. Concord. p. B. 2.6.*

92. *Sic autem ea est in prototypo informata: Damnant Pelagianos, & alios, qui docent, quòd sine Spiritu sancto, solis naturæ viribus possimus Deum super omnia diligere, Item: præcepta Dei facere, quoad substantiam actuum.*

93. *Stricta est hæc ἀντίθεσις tum in Pelagianos, tum in Doctores Pontificios, quorum communis in hoc articulo, & prorsus ὁμόψηφος est doctri.*

94. *Notari autem Pontificios hoc loco, ipsi etiam scriptores Pontificij agnoverunt: Sic enim*  
Fabri-